

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

---

CHRONICLES OF THE REIGNS OF  
EDWARD I. AND EDWARD II.

---

III.

COMMENDATIO LAMENTABILIS IN  
TRANSITU MAGNI REGIS EDWARDI.

R 1681. Wt. 582.

A

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## COMMENDATIO LAMENTABILIS IN TRANSITU MAGNI REGIS EDWARDI.

---

*Commendatio Lamentabilis in transitu magni regis  
Edwardi quarti secundum Johannem de Londonia.<sup>1</sup>*

Et factum est verbum Domini ad me dicens, Fili A.D. 1307  
Lamenta-  
tion for  
Edward I.  
hominis, sume tibi librum grandem et scribe in eo  
lamentationes et carmen et vœ, et reliqua.

### *Præfatio in præsenti opusculo.<sup>2</sup>*

Prohibemur, generosa matrona domina Margareta The author's  
address to  
the queen.  
Dei gratia regina Angliæ,<sup>3</sup> divina pagina laudare  
Ecclesi. xi. 30. hominem in vita sua, quasi ammonemur magnificare  
post mortem ; et hoc dupliciti ex causa ; quando scilicet  
nec laudantem nocet adulatio nec laudatum temptet  
elatio. Sane quam plurimorum id<sup>4</sup> depositit devotio,  
ut formam et mores magnanimi Edwardi, quondam  
regis Angliæ, sub certa descriptione depingam ;<sup>5</sup> quod  
quidem facultatem meam excedit ; ad hoc enim suffi-  
cienter et dilucide exarandum oporteret magistrum  
Petrum Blesensem, quondam Bathoniensem archidia-  
conum, ex morte resurgere, qui de diversis materiis

<sup>1</sup> MS. Lambeth 419. [L.]

MS. Cotton, Nero, D. 2. [N.]

MS. Heralds' Coll. xx. § 3. [C.]

MS. Bodl. Laud 572, ff. 217-  
220. [B.]

MS. Bodl. Hatton 53. [H.]

<sup>2</sup> From MS. C.

<sup>3</sup> *generosa . . . Angliæ*] O abba  
venerabilis Augustini, L. The pro-  
logue is wanting in MS. B.

<sup>4</sup> *id*] ad, H.

<sup>5</sup> *depingam*] deputatam, H.

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## 4

## COMMENDATIO LAMENTABILIS

A.D. 1307. tribus dictare scriptoribus et uniuscujusque calamo festinanti satisfacere, seque quod de solo Julio Cæsare scribitur quartam epistolam dictare et scribere probatus est. Verumptamen “illud tantillum quod de P. Blesen.  
The writer imitates Peter of Blois in his description of Henry II.      ep. 66.

“ forma et moribus ejus ad instantiam vestram bre-  
“ viter delibo, meæ temeritati a pluribus ascribetur,<sup>1</sup>  
“ videbor<sup>2</sup> enim aut onus importabile præsumpsisse  
“ aut plurimum de magnificentia tanti viri per insi-  
“ pientiam omisisse. Ego tamen, vestræ serviens cari-  
“ tati, quod possum facio et quod scio vestræ” devo-  
“ tioni “promptissima communico voluntate, atque<sup>3</sup> inter  
“ ceteros magnos viros qui de laudibus domini mei  
“ scribunt, ego cum paupere vidua minutum devo-  
“ tionis in gazophilacium” pronus<sup>4</sup> “mitto.” Nec reor  
absurdum nec a materia dissonum recitare dotes  
animi quibus viguit olim illustris<sup>5</sup> rex Anglorum  
Henricus secundus, vel pauca de ipso scripta huic  
paginae inserere, cum in paucis admodum discrepa-  
verint et consimilibus effloruerint virtutibus proavus  
et pronepos. Verum etiam per memoriale unius me-  
moriale alterius in laude, nec scandalizaverim si  
dixerim et majori pronepotis<sup>6</sup> a proavo perpetualiter  
eternetur.

*Descriptio corporalis regis Edwardi.*

Description of Edward's person.

Dominum autem Edwardum regem non rubeum,  
non fulvum, sed ex albo nigroque colore permixtum,  
quo colerica et longiturna denotatur complexio, no-  
veritis extitisse; quem “colorem venerabilis senectus  
“ et superveniens canities aliquantulum alteravit.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> ascribetur] ascribitur, H.<sup>2</sup> videbor] videlicet, H.<sup>3</sup> atque] semper, H. This is a quotation from Peter of Blois, ep. 66 (ed. Busæus).<sup>4</sup> pronus] libens, L.<sup>5</sup> illustris] Here the copy in MS. B. begins.<sup>6</sup> pronepotis] pronepos, C.<sup>7</sup> alteravit] alternavit, H.B. L.N.

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## JOHANNIS DE LONDONIA.

5

P. Bleson, ep. 6. “Statura ejus” procera et decens singulis membris ejus, ut incedendo cum populo facies ejus supereminentius ceteris resplenderet, prout Saul quondam electus Domini animos insipientium<sup>1</sup> regem incedentem gratius laetificaret. “Caput ejus sphericum” erat “tanquam sapientiae magnae sedes et alti consilii speciale sacrarium. Oculi ejus orbiculati” erant “dum plantati” fuit “animi simplices et columbini, sed in ira et turbatione cordis” leonini, “tanquam scintillantes ignem” et impetum fulminantes. “Cæsaries ejus” nigra<sup>2</sup> et crispa, quæ in senecta et senio “dampna calvitii minime” verebatur.<sup>3</sup> “Eminentia nasi” longa et aliqualiter medio elevata, “arcuati pedes, eques tres tibiæ” et longæ, “thorax extensior, lacerti<sup>4</sup> pugiles, virum fortem, audacem et agilem” demonstraverunt. A prima die coronationis suæ nequaquam deinceps corona redimiri passus est, librans ipsius onus amplius quam honorem. Non purpura utebatur aut coco bistrincto,<sup>5</sup> sed sicut unus<sup>6</sup> ex plebeis roba et furato collobo et unicolori incessit. Unde quadam die affatus simpliciter a<sup>7</sup> quodam cœnobita, cur non uteretur regalibus vestimentis, respondit “Deus hæc attendit et ridet. Quid amplius in illis valeo quam in istis?” Vehemens amator<sup>8</sup> nemorum et ferarum,<sup>9</sup> dum a his love of præliis cessaret, quandoque cum canibus et accipitre animum<sup>10</sup> oblectavit cum hiis qui in avibus cœli ludunt.<sup>11</sup> Caro ejus cum nulla mole pinguedinis onerata, neque obesus<sup>12</sup> carnis extitit, sed ossibus et nervis firmissime compactus; et<sup>13</sup> ut palma erectus, “in

A.D. 1307.  
His stature,  
head, eyes,  
hair, nose,  
chest, and  
arms.

His modern  
tion in dress.

a His love of hunting.

<sup>1</sup> *insipientium*] insipientium, H.

<sup>2</sup> *nigra*] mera, H.

<sup>3</sup> *verebatur*] ferebatur, H.

<sup>4</sup> *lacerti*] latera, H.

<sup>5</sup> *bistrincto*] bissineto, H.; bis-

cinto, B. MS. L continues. “bisso,

“non pileum, non capam manica-

“tam, non clamidem coccineum,

“quæ ad ornatum regium solum

“spectant, abhorrens fastum

“principum indutus est.”

<sup>6</sup> *sicut unus*] sed eximus, H. B.

<sup>7</sup> *simpliciter a*] sempra, H. B.

<sup>8</sup> *amator*] amotor, C.

<sup>9</sup> *ferarum*] erat, ins. B.

<sup>10</sup> *animum*] avium, H.

<sup>11</sup> *cum . . . ludunt*] om. C.

<sup>12</sup> *obesus*] obesis, C.

<sup>13</sup> *et*] om. H.

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## 6

## COMMENDATIO LAMENTABILIS

A.D. 1307. “ascendendo equum vel excurrendo levitatem adole-  
 His green  
old age. “scentiæ” continuavit; ac per assiduos labores naturæ  
 superflua resecans rarissime ægrotavit. Non caligavit <sup>Deut. xxiv.</sup><sub>7.</sub> oculus ejus præ senecta et senio, et dentes illius a  
 sedibus non sunt moti; neque ut aliqui reges delicati  
 in palatio suo incuria vel segnitiei deditus, sed regna  
 et “provincias” peragrans<sup>1</sup> “exploravit facta omnium;”  
 His ready  
eloquence. sed exæcatos a muneribus “judices potissimum judi-  
 “cans, quos constituerat judices aliorum. Nemo illo  
 “argutior in consiliis, in eloquio torrentior, securior  
 “in periculis, in prosperis” cautior,<sup>2</sup> “constantior in  
 “adversis;” in difficultibus quæstionibus promptissi-  
 mum et solertissimum dabat responsum et responsale  
 His popular  
qualities. decretum.<sup>3</sup> In ambiguis judiciis et causis decidendis  
 spreta personarum acceptione, decretissimus legislator,  
 utpote qui pauperum et injuriam patientium piissi-  
 mus consolator. “Quem semel dilexit vix dedilexit,  
 “et quem semel exosum habuit raro in gratiam  
 “familiaritatis admisit.” Nullus magnificenter in  
 donis, non deliberans cum Antigono quid fortunæ pos-  
 tulantis accipere conveniret, sed melius cum Alexandro  
 quantum deceret regalem munificantiam exhibere. In  
 effusione pecuniæ vel expensarum illud attendens,  
 “non est magni animi beneficium dare et perdere,<sup>4</sup>  
 “sed perdere et dare magni animi est.” Rex iste  
 His piety  
towards  
the dead. nunquam tristis, nisi in defunctione carorum, quorum  
 peccata perpetuis redimens elemosinis sepulchra eorum  
 artificiosius cunctis mortalibus decoravit, et curiosius  
 sculpi fecit. Et, ut multa paucis concludam, quicquid  
 regali gloriæ competeteret aut honori, tam in artibus  
 quam in moribus, in ipso potuit reperiri, quippe quia  
 omnium justorum regum septiformis Spiritus Sancti<sup>5</sup>  
 gratia plenus fuit.<sup>6</sup>

<sup>1</sup> *peragrans*] om. C.<sup>3</sup> *decretum*] directum, H.<sup>2</sup> *cautior*] Peter of Blois writing of Henry II. uses the word *timidior*.  
MSS. H. and B. read *cautice*.<sup>4</sup> *perdere*] prodere, C.<sup>5</sup> *Sancti*] om. C. N.<sup>6</sup> *et . . . fuit*] om. L.

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## JOHANNIS DE LONDONIA.

7

*Commendatio lamentabilis domini papæ.<sup>1</sup>*

A.D. 1307.

Edwardus, rex magnificus, insuperabilis in bellis et in pace extitit gloriosus. Qui, etsi super omnia de-siderabilia hujus mundi zelaret et procuraret pacem populi sui, inimicus tamen homo, sator discordiæ, guer-ram movit;<sup>2</sup> nec invenit requiem, ut possit dicere cum propheta, "Exspectavimus pacem et non venit, tem-<sup>Jerem. xiv. 19.</sup>" pus curationis et ecce turbatio." Ad pacem populi Christiani pertinuit, quod contra Saracenos et Agarenos crucem Christi assumeret, et se in manus quærentium animam suam discribimini ultro dedit. Et nunc, filioli, super mortuum lacrymas producite, et, quasi dira passi, incipite<sup>3</sup> plorare, ac secundum meritum ejus multis diebus luctum facite et lamentum. Lex enim naturæ mæstuosos affectus in amissione carorum indicit. Nam et<sup>4</sup> Job, audita suorum morte filiorum, vestimentorum scissione et aspersione pulveris vim doloris expressit; Abraham mortuam Saram<sup>5</sup> planxit; Joseph et fratres ejus patrem Jacob mortuum, et trans Jordanem de-latum<sup>6</sup> ac sepultum, multo tempore lamentarunt. Sed, Josia rege mortuo, scriptum est quia universus Juda et Jerusalem eum planixerunt. Christus etiam Jesus amicum Lazarum, quatriduanum mortuum, e monu-mento lacrymando vocavit. In defunctione itaque carorum amare fletur. Et quanto quis habebatur carior, tanto amarius est deflendus. Aperiantur ergo<sup>7</sup> cataractæ<sup>8</sup> capitum nostri, et cordis nostri disrumpantur abyssi, ut super faciem Anglicanæ ecclesiæ inundet diluvium aquarum multarum. En! vox iterum in Rama audita est, ploratus et ululatus in ecclesia, luctus multus in Anglia, magnus rex Edwardus mi-

<sup>The pope's lamentation for him.</sup><sup>Examples of lawful grief at the loss of friends.</sup><sup>2 Chron. xxxv. 24.</sup><sup>Jerem. xxxi. 15.</sup>

<sup>1</sup> *domini papæ*] comitum et baro-num, C. N.

<sup>2</sup> *movit*] movet, H.

<sup>3</sup> *incipite*] incipiente, H. B.

<sup>4</sup> *et*] om. H. B.

<sup>5</sup> *Saram*] Saram, C. N. L.

<sup>6</sup> *delatum*] dilatum, H. B.

<sup>7</sup> *ergo*] igitur, B. N.

<sup>8</sup> *cataractæ*] caracteræ, H. B. N.

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1307.  
Grief of the  
Roman  
church for  
him.

gravit a sæculo, vivens cum Christo, signifer Regis regum. Heu! Rachel mærens, regina mater ecclesia renuens consolari, respuit gloriari de pulchritudine, non Noemi<sup>1</sup> sed Mara, id est amara, vocari precatur, Ruth, i. 20. quia amaritudine amaricavit se Deus, et viduatam tali viro, gentilitatis et injustitiae debellatore, felle et absinthio se potavit. Sed, et mellificante<sup>2</sup> Domino orbem terræ in tanti regis jocunda præsentia, eo intimius murmurat inolita pululare super terram mæstificatus<sup>3</sup> per ejus absentiam omnis homo.

*Commendatio lamentabilis regum.*

Lamenta-  
tion of the  
kings for  
Edward.

His royal  
triumphs.

O pugil ecclesiæ et splendor militiæ, O rigor justitiae et lima nequitiæ, capitanee totius Christiani exercitus, invictissime rex Edwarde, tua prudentia cunctorum regnorum derides astutiam,<sup>4</sup> tuaque sapientia omnium regnantium potentiam moderaris. Te ut hostem quondam inquietavimus, sed illa inquietatio destructio nostra fuit. Et sicut olim manus omnium contra Ysmaelem et manus ejus contra omnes, sic nos Gen. xvi, 12 reges terræ contra Edwardum, sed Edwardus valens præpotentius contra omnes. Et nunc reges, terræ principes, et omnes judices mundi, in evocatione regis Edwardi etiam cunctorum orthodoxorum tota lamentat conregnatio. Cujus et suorum frequens armatorum exercitatio, quid aliud nisi, post ejus exitum de Egypto, paganorum et infidelium expugnatio doctrinalis? Abavus autem suus et tritavus ejus, dilatantes imperia, subjecerunt sibi ducatus et comitatus. Edwardus vero paternarum magnificentiarum amplius æmulator existens, regaleque perornans solium, in clipeo et in hasta principatum Walliæ, truncatis ejus principibus, Leolino et David, potentissime adquisivit. Quinimmo

<sup>1</sup> non Noemi] non Emy, H. B.

<sup>2</sup> mellificante] mellificant, H. B.

<sup>3</sup> mæstificatus] fellificatus, L.

<sup>4</sup> astutiam] justitiam, H. B.

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## JOHANNIS DE LONDONIA.

9

dominium regni Scotiæ primo magni industria consilii, secundo potenti virtute bellorum, regnum illud victoriosissime est adeptus. Nihilominus comitatibus Cornubiaæ et Northfolchiæ, disponente Eo cuius est orbis terræ et plenitudo ejus, ad manus Edwardi mirabiliter devolutis, suis successoribus amplissimam reliquit materiam gloriandi. Ubiunque igitur Christus habet nomen, inter præcellentissimos fidelium reges habeat et Edwardus honorem. Nam, ipso vivente, sicut lætantium omnium gentium habitatio liberalissima in se fuit. Quo quidem subtracto de medio, perhennis deploratio cunctarum nationum jocunditatem infaustissime abolevit.

A.D. 1307.  
His con-  
quest of  
Scotland,  
and acqui-  
sition of  
Norfolk and  
Cornwall.

*Commendatio lamentabilis Margaretae reginæ.*

Audite insulæ et attendite populi de longe, si est dolor similis dolori meo; nam cecidit corona capitidis mei, defecit gaudium cordis mei, et versa est in luctum cythara mea, et organum meum in vocem flentium. Ha! bone Jesu, Quis mihi tribuat, ut prote moriar, domine mi<sup>1</sup> rex? Mors in voto<sup>2</sup> mihi<sup>3</sup> est, et vita in tædio. Et cum sic moriar, incessanter in desideriis habeo mori plenius, vivere compellor invita, ut vita sit mihi mortis pabulum<sup>4</sup> et materia cruciatus. Quoniam rumor quem nolebam evenit mihi, et accedit quod-verebar. Audita est vox tribulationis et desolationis maximæ in terra nostra; magnanimus rex Edwardus obdormivit in Domino.<sup>5</sup> Ha! Martha et Maria, cur abiistis<sup>6</sup> longius in Judeam, redite, quæso, ad monumentum et plorate. Vocate Raby, si forte excitet eum a sompno. Quoniam si fuisset hic non fuisset mortuus dominus meus et rex meus, rex

Lam. i. 12.  
Job, xxx. 31.  
1 Kings, x. 7.  
S. John xi. 21.

<sup>1</sup> *mi*] vir, H. B.

<sup>2</sup> *in voto*] invoco, H. B.

<sup>3</sup> *mihi*] modo, H. B.

<sup>4</sup> *pabulum*] periculum, H. B.

<sup>5</sup> *in Domino*] om. C. N.

<sup>6</sup> *abiistis*] ab istis, MSS.

Cambridge University Press

978-1-108-05143-9 - Chronicles of the Reigns of Edward I and Edward II: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

10

## COMMENDATIO LAMENTABILIS

A.D. 1307. quidem terribilis super omnes filios superbiæ, et paca- Job xli. 25.  
 His love of  
peace; his  
parliaments  
and alli-  
ances. bilis omnibus mansuetis terræ; ad pacem namque  
commissi sibi gregis pertinuit quicquid cogitaret,  
loqueretur, aut ageret. Profecto ad pacem populi  
spectare dinoscitur quod parliamenta uniret,<sup>2</sup> quod  
firmaret foedera, quod cum extraneis foederaret, quod  
prælia minaretur, et principibus terrores<sup>3</sup> inmitteret.  
 Nolite iccirco, quæso, nunciari<sup>4</sup> hæc in triviis Gethæ, 2 Sam. i. 20.  
 neque in compitis Aschalonis, ne forte insultent filiæ  
paganorum. Sed filiæ Syon et Jerusalem, filiæ regni<sup>5</sup>  
Ps. xlv. 10. et ecclesiæ, in vestitu deaurato, circumdatæ varietate  
 virtutum, flete Edwardum regem qui pascebat vos in  
 deliciis,<sup>6</sup> qui præparabat ornamenta cultui vestro, et  
 coronulas aureas et gemmatas vestris capitibus adap-  
 tavit. Ha! pie Jesu, quid fecisti nobis sic? Eece  
 enim in morte Edwardi domini mei moritur omnis  
 homo. Revera in ea quodam compassionis<sup>7</sup> tædio,  
 lamentationis confixorio, et pœnitudinis gladio sauciasti  
 omnem hominem super terram.

*Commendatio lamentabilis pontificum.<sup>8</sup>*Lamenta-  
tion of the  
bishops.

Quis Edwardo rege isto mansuctior? quis compa-  
 tientior miseris? quis importabilius fuit superbis?  
 Quadam enim divinitatis ymagine semper studuit  
 opprimere fastuosos, oppressis compati, et adversus  
 superbiæ tumorem<sup>9</sup> continuas persecutions et exitiales  
 molestias suscitare. Ipso autem regnante, omnes va-  
 cantes episcopatus, comitatus, abbatiae, et baroniae  
 sub ejus potentia fiscabantur; de quibus juxta con-  
 suetudinem regni debitam et assuetam portionem acci-  
 piens, manus tamen suas habuit restitutionis tempore

<sup>1</sup> *gregis*] a regina, H.<sup>2</sup> *uniret*] viveret, H. B.<sup>3</sup> *terrores*] terrorem, H.<sup>4</sup> *nunciari*] nunciare, H. B.<sup>5</sup> *regni*] regem, H. B.<sup>6</sup> *pascebat vos in deliciis*] om.

H. B.

<sup>7</sup> *compassionis*] passionis, H. B.<sup>8</sup> *pontificum*] præsulum, C. L.<sup>9</sup> *tumorem*] rumorem, H. B.